Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26830
Copyright: Admont, Benediktinerstift

xxi. q. vii. f. vii. att

Incipiunt capitula sequentis operis.

Non sine causa deum ex uno homine humanum genus instituere uoluisse. nisi ut ex illo unitas concordię posteris commendaretur.

In rerum humanarum diuersitate non esse amplius quam duo genera societatis humanę, unum secundum spiritum. aliud secundum carnem uiuere uolentium. in figura monstrante.

Aduersus eos qui omnia mala animę ex corpore putant accidisse.

Secundum diuinas scripturas unum atque idem esse carnales animales esse homines sinecdoche.

Quod unum atque idem sit amor seu dilectio siue karitas.

Aduersus eos qui illas animi perturbationes negauerint posse accidere sapienti cum et in bono inueniri possit. apud illos sicut hominibus seu recta seu peruersa uoluntas est.

Quod ciues ciuitatis dei has omnes animi affectiones rectas habere secundum diuinas scripturas ostenduntur. et omnino nullę habeant.

Has uero affectiones non futurę sed presentis esse uitę sine quibus non recte in hac uita uiuitur si...

Queritur utrum primi homines in paradiso has animi perturbationes habere potuerunt.

Quod presciuerit deus peccaturum hominem esse quem ipse rectum fecerat. habiturum malam uoluntatem quam ipse non fecerat per arbitrii libertatem.

Causam peccati priorum hominum diaboli fuisse: et nisi peccassent.

Contra eos qui in hac censura moueri possunt dicentes. quemadmodum primi homines peccato mutati sunt. sic etiam aliis peccatis natura humana mutari debuerat.

Initium malę uoluntatis superbiam esse. quod uitium non natura sed contra naturam est.

Contra eos qui priorum hominum dampnationem iniustam fuisse arbitrantur.

De diuersitate libidinum quam primi quidem homines ante peccatum non habebant.

Quod primi homines post preuaricationem suę nuditatis confusi pudenda texerunt.

Inpudentiam cynicorum sententiam prima priorum hominum pena refellit.

Contra eorum opinionem qui dicunt primos homines nec coituros nec generaturos...

Argumentum quod possent priorum hominum genitalia membra seminandę prolis causa uoluntate non libidine concitari.

Qualis priorum hominum in paradyso uitam fuerit.

Quod homo peccato suo diuinum non possit perturbare consilium ut sanctę ciuitatis numerus impleretur. sed preuidens utique eos peccare permisit. ut discretis non solum de seipsis. sed de dampnatis quid eis largiretur ostenderet.

Expliciunt capitula.

Expliciunt cap.